

2. Cum autem venerint ante portas paradisi¹⁰⁷, descendens ipse de equo accipiat per manus a duobus comitibus, processione clericorum illic sollempniter apparata ad eum honorifice suscipiendum. Unus ergo episcoporum aspergat eum aqua benedicta, alius offerat incensum, alius vero evangelium sibi offerat ad osculandum. 10

3. Et cui episcoporum a metropolitano^{a/} iniunctum fuerit, dicat hanc orationem:

Omnipotens¹⁰⁸ sempiternus deus, qui hunc famulum tuum ad principatus fastigium eligi voluisti, tribue, quaesumus, ita eum in huius seculi cursu cunctorum communem salutem disponere, quantum a tue veritatis^b tramite non recedat. Per. 15

4. Deinde cantor incipiat resp(onsorium)¹⁰⁹: *Ecce, mitto angelum meum. Versus: Israel, si me audieris. Quod totum cum versu suo ab universis clericis decantetur.* 20

5. Sicque¹¹⁰ per manus a predictis baronibus usque ad fores ecclesie perducatur, precedente clero et populo subsequente. Illic metropolitani sollempniter indutus sedeat expectans eum. Cui humiliter in terra prostrato dicat orationem:

6. *Deus¹¹¹, qui scis humanum genus nulla sua posse virtute subsistere, concede propitius, ut famulus tuus N., / quem tuo populo voluisti preferri^c, ita tuo fulciatur auxilio, quatenus dignę suis et preesse valeat et prodesse. Per.* 25

7. Hinc precentor incipiat resp(onsorium): *Indicabo¹¹² tibi, homo, quid sit bonum. V(ersus): Spera¹¹³ in domino.*

a) Hs. metropolitane. b) Hs. veritis, mit nachgetragenen Korrekturzeichen über-
-it-. c) folgt voluisti, wobei die ersten beiden Buchstaben durchgestrichen sind.

107) Die Kirche muß ein Atrium aufgewiesen haben, wie es in Süditalien nach dem Beispiel von Montecassino in Capua und Salerno der Fall war, siehe oben Anm. 26.

108) PRG 72,1 (VOGEL/ELZE 1 S. 246), umgearbeitet für einen princeps.

109) PRG 72, 2 (VOGEL/ELZE 1 S. 246), dort von Klerus und Volk gesungen.

110) Vgl. PRG 72, 3 (VOGEL/ELZE 1 S. 247): Ad ostium autem ecclesie clerus subsistat et archiepiscopus dicat hanc sequentem orationem.

111) PRG 72, 3 (VOGEL/ELZE 1 S. 247). Zum Wortspiel Z. 27 preesse – prodesse siehe auch unten Nr. 12 Z. 93 und oben Anm. 36-40.

112) Mich. 6, 8. In der Quelle (PRG 72,4, VOGEL/ELZE 1 S. 247) wird eine auf den König bezogene Antiphon gesungen: Domine, salvum fac regem.

113) Ps. 36, 3.